UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 37. Quid si judici post tententiam pecunia à victore donetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

neutiquam. *Hieron. Giacharus in conſilio ſindicatus d. num.* 46. *quod adiicitur* l[…] *Claro*, quod tamen mihi in aqua hærere ſupra oſtendi, quia judices nulliter p[…] cedendo, ſpoliare dicuntur, *Farinac. deciſione* 724. *num.* 6. *par.* 2. *Menoch. de* re[…] *poſſ. rem.* 8. *num.* 3. *Gabrielius de reſt ſpol. concl.* 1. *numer.* 125. & cenſentur tunc pe[…] næ privatæ. *Farin. dec.* 478. *num.* 6. *par.* 2. *Decius l. ut vim nu.* 26. *ff. de juſt. & jure. C*[…] *de Graſſis dec.* 13. *de re jud.*

QUÆSTIO XXXVII.

Quid ſi judici poſt ſententiam pecunia à victore donetur.

SUMMARIUM.

1. *Condici an poſſint ſportulæ immediate.*
Sententiam an vitiant ſportulæ immoderatæ.
2. *Remuneratio ſubſequens ſententiam citra pactionem præcedentem eſt permiſſa*
3. *Iuſtitiam vendit, qui ſpe præmii judicat.*

1 DE pecunia quæ ultra ſportulas congruas judici datur, dubium non eſt, quod ſit reſtituenda, ſententiamque vitio venalitatis puniendæ inficiat, *Marſiliis ad l. Corneliam de falſis in pr.* §. *pœna legis num.* 6. *Anchar. conſ.* 271, *Fel. cap. tua nec de Simonia Covarruvias var. reſ. tom.* 1. *ad cap. peccatum* §. 3. *num.* 1. id- que niſi poſt latam ſententiam gratitudinis ergò pecunia judici donaretur, *Mar- ſiliis ſing.* 190. *Menoch. lib.* 3. *præſ.* 8. *num.* 12. quæ tamen gratitudinis præſumptio ceſ-
2 ſat, ſi ſententiam pecuniæ promiſſio præceſſiſſet, *Baldus conſ.* 490. *vol.* 4. quia ut ſtatuit *Hipp.* de Marſiliis, *d. ſing.* 190. rari ſint qui lata ſententia promiſſiones ejuſmodi exequantur, rariores albo corvo, & cigno nigro, qui ſententia lata judici gratitudinem exhibeant, quam ne quidem honeſte accipient memores diſtichi quem alio adhuc in loco retuli.

Munera magna quidem miſit, ſed miſit in hamo.
Et piſcatorem piſcis amare poteſt.

Et D. Gregorius, qui rectè judicat & præmium remunerationis expectat, frau-
3 dem in Deo perperat, quia juſtitiam quam gratis impartiri debuit, acceptione pecuniæ vendidit, *cap. qui recte* 11. *quæſt.* 3. juſtuſque non eſt qui juſtè agit, non ob ipſam virtutem, ſed ob aliam cauſam, *Ariſt. lib.* 6. *Ethicorum cap.* 22. *Covar. & d.* §. 3. *l.* 2. *ubi DD. ff. de cond. ob turpem cauſam.*

QUÆ-